UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Lukianu Hapanta

### Lucianus <Samosatensis>

### Basileae, [1619]

Phalaris II.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1448

Visual Library

bell lib. 4. Ennead. 2. Huius taurus nobilitatus eſt ab omni autorum genere. Facit quoq; huius mentionem Auguſtin. ad Maced. de Vera felicitate. Cic. Tuſc. quęſt. 2. Seneca de Ira & Clementia lib. 2. cap. 4. Pindarus Ode 1. Pyth. Perſius Satyra. 3. Ouid. lib. 1. de Arte amandi:

*Et Phalaris tauro violenti membra Perilli*
*Torruit* —. idem lib. 3. Triſtium:
*Quiq; bouem Siculo fertur donaſſe tyranno,*

item lib. 5. ibidem:

*Vtq; dedit iuſtas tauri fabricator aheni.*

Poſtremò meminit quoq; eius Pontanus, videlicet:

— *clauſus boue mugit aheno*
*Infelix faber* —.

a ETENIM viro natura bono.] *Viro bono natura nihil æquè aduerſum, quàm pœnas ſumere de merentibus.*

## ΦΑΛΑΡΙΣ Β. PHALARIS II.

### Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

DEclamatio breuis, ſed arguta eſt, qua ex Delphicis ſacerdotibus quidam ſuadere fingitur, quò donum Phalaridis de quo in ſuperiore oratione agitur, in templum recipiatur, ac Deo conſecretur. Genus cauſæ deliberatiuum eſt, ſtatus negocialis. Exordium habet denſum, vt in quo vna ferè periodo & ſuſpiciones eas quibus fauore aliquo adductus aut aliàs corruptus ad ſuadendum acceſſiſſe videri poterat, à ſe remouet, & ſola beneuolentia ſtudioq; communis vtilitatis ad dicendū ſe progreſſum eſſe docet: deinde & dociles & attentos eadem breuitate facit. Poſt exordium Propoſitio ſequitur. Hanc confirmat primùm ex locis honeſtatis, oſtendens impium, ac propè ſacrilegum fore, ſi donum hoc à templo excludatur: neque enim quenquam poſthac quicquam oblaturum eſſe, & deum ſuis ſacris ac debito cultu priuatum iri. Deinde contra voluntatem ipſius Dei eſſe, vt qui certis indicijs ac ſignis declarârit gratam

iſtam

iſtam legationem ſibi eſſe. Hinc quod de crudelitate tyranni obijciebatur, diluit, confutatis teſtimonijs à conditione perſonæ, & incertitudine: & contrà ab officio admonet, vt ſacra magis procurent, & deo operentur potiùs, quàm iudicijs vacent. Poſthæc ad locum vtilitatis tranſit, docetque contra communem vtilitatem fore, ſi dona excludantur. Nam ex his omnem prouentum eſſe Delphorum, & omnem item famam & gloriã: Denique nullo veterum exemplo hoc fieri. Et ſi maximè in deliberationem hanc rem vocare velint, officio eos vti debere iuſtè ac liberè iudicantium, non ex affectu aliquo rem æſtimare. Peroratio repetitione argumentorum, cum admonitione eorum incommodorum quæ ex hac re conſecutura ſint, & quòd nihil temerè innouandum ſit, perficitur.

Οὔτε Ἀκραγαντίνων, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, πρόξενος ὢν, οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάριδος, οὔτ' ἄλλην ἔχων πρὸς αὐτὸν ἢ εὐνοίας ἰδίαν αἰτίαν, ἢ μελλούσης φιλίας ἐλπίδα, τῶν δὲ πρέσβεων ἀκούσας τῶν ἡκόντων παρ' αὐτοῦ, ἐπιεικῆ καὶ μέτρια διεξιόντων, καὶ τὸ εὐσεβὲς ἅμα, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον, καὶ μάλιστα τὸ Δελφοῖς πρέπον προορώμενος, ἀνέστην παραινέσων ὑμῖν, μήτε

*Qvum antehac nulla mihi, ô viri Delphi, neq; cum Acragantinis ciuibus hoſpitalitas interceſſiſſet, neque cum ipſo Phalaride priuatim vlla domeſticæ familiaritatis contracta eſſet ſocietas, neque aliam haberem erga illum, aut peculiarem cauſam ſociandæ beneuolentiæ, aut olim iungendæ cum illo amicitiæ ſpem, tantum verò miſſos ab eo legatos audierim æqua & modeſta perorantes, callideq́; proſpicerem, & quid piè à vobis fieri poſſet, & quid publicæ vtilitati conducibile foret, cum primis verò quid Delphis non indecorum factu futurum eſſet: ſurrexi in medium oratione mea*

ὑβρίζειν ἄνδρα δυνάστην εὐσεβοῦντα, μήτ᾽ ἀνάθημα ἤδη τῷ θεῷ καθωμολογημένον ἀπαλλοτριοῦν, καὶ ταῦτα, τριῶν τῶν μεγίστων εἰς ἀεὶ ὑπόμνημα γενησόμενον, τέχνης καλλίστης, καὶ ἐπινοίας κακίστης, καὶ δικαίας κολάσεως· ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τὸ ἐνδοιάσαι ὑμᾶς ὅλως περὶ τούτου, καὶ δημιουργοὺς ἡμῖν προθεῖναι τὴν διάσκεψιν, εἰ χρὴ δέχεσθαι τὸ ἀνάθημα, ἢ ὀπίσω αὖθις ἀποπέμπειν, ἀνόσιον ἤδη εἶναι νομίζω· μᾶλλον δὲ, οὐδ᾽ ὑπερβολὴν ἀσεβείας ἀπολελοιπέναι· οὐδὲν γὰρ ἀλλ᾽ ἢ ἱεροσυλία τὸ πρᾶγμά ἐστι, μακρῷ τῶν ἄλλων χαλεπωτέρα, καὶ ὅσον τοῦ τὰ ἤδη ἀνατεθέντα συλᾶν, τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τοῖς ἀνατιθέναι βουλομένοις ἐπιτρέπειν, ἀσεβέστερον. δέομαι δὲ ὑμῶν Δελφὸς καὶ αὐτὸς ὤν, καὶ τὸ ἴσον μετέχον

vos cohortatus ne & virum principem, & piè agentem, contumelia temerè afficeretis: neque munus ipſum quod Deo iam deſtinatum eſt, à vobis alienaretis: præſertim trium maximarum rerum perpetuò monimentum futurum, artis præſtantiſſimæ, cogitationis crudeliſſimæ, & iuſti ſupplicij. Itaque ego, quòd & in incerto habetis quid hac de re ſtatuendum ſit, quódque magiſtratus deliberandum vobis propoſuerint num munus ſuſcipiendum, an iterum retrò ablegandum ſit, parum religioſum eſſe arbitror. Multò autem potiùs impietati nullum modum relinquetis: neque enim aliud hæc res erit, quàm nefarium ſacrilegium, quòd turpitudine ſua omnia longè latéq; excedit flagitia. Nec minus impium erit factu, Deo donaria dedicare volentibus, ne facultatem quidem offerendorum munerum concedere, quàm ea quæ Deus iam oblata poſsidet, depeculari. Precor autem vos, cùm & ego vnus ſim è Delphorum numero, ac ex æquo publicæ glo-

τέχον τῆς δημοσίου εὐκλείας, ἢ φυλάττοιτο καὶ τῆς ἐναντίας δόξης, εἰ ἐκ τῶν παρόντων προσγένοιτο, μήτ᾽ ἀποκλείειν τὸ ἱερὸν τοῖς εὐσεβοῦσι, μήτε τὴν πόλιν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους διαβάλλειν, ὡς τὰ πεμπόμενα τῷ θεῷ συκοφαντοῦσαν, καὶ ψήφῳ καὶ δικαστηρίῳ δοκιμάζουσαν τοὺς ἀνατιθέντας· οὐδεὶς γὰρ ἔτι ἀναθεῖναι τολμήσειεν ἄν, ἄδηλος ὢν προσησόμενον τὸν θεὸν ὅ, τι ἂν μὴ πρότερον Δελφοῖς δοκῇ. ὁ μὲν οὖν Πύθιος τὴν δικαίαν ἤδη περὶ τοῦ ἀναθήματος ψῆφον ἐξήνεγκεν. εἰ γοῦν ἐμίσει τὸν Φάλαριν, ἢ τὸ δῶρον αὐτὸ ἐμυσάττετο, ῥᾴδιον ἦν ἐν τῷ Ἰονίῳ μέσῳ καταδῦσαι αὐτὸ, μετὰ τῆς ἀγούσης ὁλκάδος. ὁ δὲ πολὺ τοὐναντίον ἐν εὐδίᾳ τε διαπεραιωθῆναι, ὥς φασι, παρέσχεν αὐτοῖς, καὶ σῶς ἐς

*riæ particeps, ſi conſeruata fuerit: tum diuerſæ opinioni obnoxius, ſi quid in præſens aduerſus exiſtimationem noſtram perperam admiſſum fuerit, ne templum obſeretis pijs & religioſis hominibus, neque ciuitatem noſtram omnium mortalium contumeliæ atque calumnijs traducendam obijciatis, quaſi ea quæ Deo offerenda mittuntur, ſycophantijs illudentem, calculisq́ue & iudicio donaria dedicantes rectificantem. Siquidem nemo quicquã poſthac muneris offerre audebit, certior factus, Deum nulla beneuolentia ſuſceptur um, quod priùs Delphis non viſum ſit probabile. Proinde Pythius iam antè non iniquam de miſſo donario tulit ſententiam. Si enim aut Phalarim odio haberet, aut eius munus contemptim auerſaretur, facilè ac promptum illi fuerat illud vnà cum naui oneraria, qua allatum eſt, in medijs Ionij maris fluctibus ſubmergere. Iam verò ille à veſtra ſententia longè lateq́ue diſſentit, cùm & ſereno cœlo illis Ionium traijcere præſtitit (quemadmodum ipſi teſtificantur) ac*

σῶς ἐς τὴν Κίῤῥαν κατᾶραι, ᾧ καὶ δῆλον ὅτι προσίεται τὴν τοῦ μονάρχου εὐσέβειαν. χρὴ δὲ καὶ ὑμᾶς τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ψηφισαμένους, προσθεῖναι καὶ τὸν ταῦρον τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τοῦ ἱεροῦ. ἐπεὶ πάντων ἂν εἴη τοῦτ' ἀτοπώτατον, πέμψαντά τινα μεγαλοπρεπὲς οὕτω δῶρον θεῷ, τὴν καταδικάζουσαν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ψῆφον λαβεῖν, καὶ μισθὸν κομίσασθαι τῆς εὐσεβείας, τὸ κεκεῖσθαι μηδὲ τοῦ ἀνατιθέναι ἄξιος. ὁ μὲν οὖν τἀναντία μοι ἐγνωκὼς, καθάπερ ἐκ τοῦ Ἀκράγαντος ἄρτι καταπεπλευκὼς σφαγάς τινας, καὶ βίας, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ ἐπαγωγὰς ἐτραγῴδει τοῦ τυράννου, μόνον οὐκ αὐτόπτης γεγονῆσθαι λέγων, ὃν ἴσμεν οὐδ' ἄχρι τοῦ πλοίου ἀποδεδημηκότα. χρὴ δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα μηδὲ τοῖς πεπονθέναι φάσκουσι πάνυ πιστεύειν διηγου-

ſaluos in Cirram vſque pertulit: quo facto ſatis manifeſtum eſt [a] monarcha pietatem ſibi non improbari. Oportet autem & vos diuinæ ſententiæ adiectis calculis, & hunc taurum reliquis templi ornamentis adiungere: quandoquidem haud dubiè res foret omnium abſurdiſsima, ſi quis adeò magnifico & excellenti munere huc miſſo, veſtris calculis ab ingreſſu templi arceretur, ac præmium impietatis auferret, videlicet indignus iudicatus qui donum offerret Apolloni. Cæterùm ille cuius diuerſa eſt à me ſententia, quemadmodum ex Acragante huc delatus nauigio, cædes quaſpiam & iniurias, & rapinas, & deprædationes à tyranno factas ſuſtinuit, nimiùm tragica vociferatione extulit, dicens propemodum omnia ſibi coràm viſa eſſe oculis: quem non ignoramus, ne ad portum quidem vſque peregrè profectum eſſe. Non autem diſſentaneum eſt, talia ne ijs quidem omnino credere, qui iſta ſe perpeſſos eſſe commemorant,

διηγουμένοις· ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, οὐχ ὅπως αὐτοὺς, ἃ μὴ ἐπιστάμεθα, κατηγορεῖν. εἰ δ' οὖν τι καὶ πέπρακται τοιοῦτον ἐν Σικελίᾳ, τοῦτ' οὐ Δελφοῖς ἀναγκαῖον πολυπραγμονεῖν, εἰ μὴ ἀντὶ ἱερέων ἤδη, δικασταὶ εἶναι ἀξιοῦμεν. καὶ θέον θύειν, καὶ ἄλλα θεραπεύειν τὸν θεὸν, καὶ συνανατιθέναι, εἰ πέμψειέ τις, σκοποῦντες καθήμεθα, εἴ τινες τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον δικαίως, ἢ ἀδίκως τυραννοῦνται. καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐχέτω ὅπῃ καὶ βούλεται. ἡμῖν δὲ ἀναγκαῖον οἶμαι τὰ ἡμέτερα αὐτῶν εἰδέναι, ὅπως τε πάλαι διέκειτο, καὶ ὅπως νῦν ἔχει, καὶ τί ποιοῦσι λῷον ἔσται. ὅτι μὲν δὴ ἐν κρημνοῖς τε οἰκοῦμεν αὐτοὶ, καὶ πέτρας γεωργοῦμεν, οὐχ Ὅμηρον χρὴ περιμένειν δηλώσοντα ἡμῖν, ἀλλ' ὁρᾶν πάρεστι ταῦτα καὶ ὅσον ἐπὶ

memorāt. Etenim nobis obſcurū eſt num vera prædicēt; ne quo modo eos de quibus nihil certi nobis compertum eſt, iniuſtè ſceleris accuſemus. Quòd ſi tale quippiam in Sicilia quoq; peractū eſt, quid hac de re Delphos ſolicitè curioſos eſſe attinet, niſi pro ſacerdotum officio, iudicum partes nobis prepoſterè vēdicemus? Et iam nobis ſacrificandum erat, atque cæteris omnibus deus colendus: ac ſi quis miſiſſet donaria, ea dedicare noſtri fuerat officij. Num hic expendentes ſedemus, ſi qui ex illis qui trans Ionium continentem incolunt, legitimè an ſecus adminiſtrent imperia? Atque aliorum quidem res prout ipſi voluerint, ſe habeant: porrò nobis perneceſſarium eſſe opinor, ne noſtra ipſorū nobis ignota ſint, tum qui olim rerum noſtrarum ſtatus fuerit, & quomodo nunc in præſens eædem ſe habeant, & quid magis ex vſu noſtro ſit facere. Nam quòd in præcipitijs & arduis cautibus habitemus, ac ſteriles petras colere ſoleamus, Homerus monitor nobis non eſt expectandus, qui nobis hæc palàm faciat, ſed iſta

ἐπὶ τῇ γῇ, βαθεῖ λιμῷ ἀεὶ συνῆμεν ἄν. τὸ δ' ἱερὸν, καὶ ὁ Πύθιος, καὶ τὸ χρηστήριον, καὶ οἱ θύοντες, καὶ οἱ εὐσεβοῦντες, ταῦτα Δελφῶν τὰ πεδία, ταῦθ' ἡ πρόσοδος, ἐντεῦθεν ἡ εὐπορία, ἐντεῦθεν αἱ τροφαί· χρὴ γὰρ τἀληθῆ πρός γε ἡμᾶς αὐτοὺς λέγειν. καὶ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ποιητῶν, ἄσπαρτα ἡμῖν καὶ ἀνήροτα φύεται τὰ πάντα, ὑπὸ γεωργῷ τῷ θεῷ. ὃς οὐ μόνον τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀγαθὰ γιγνόμενα παρέχει, ἀλλ' εἴ τι ἐν Φρυξὶν ἢ Δύδοις, ἢ Πέρσαις, ἢ Ἀσσυρίοις, ἢ Φοίνιξιν, ἢ Ἰταλιώταις, ἢ Ὑπερβορέοις αὐτοῖς, πάντα ἐς Δελφοὺς ἀφικνεῖται. καὶ τὰ δεύτερα μετὰ τὸν θεὸν, ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἁπάντων καὶ εὐποροῦμεν καὶ εὐδαιμονοῦμεν. ταῦτα τὸ ἀρχαῖον, ταῦ-

τα

coràm ipſi oculis intuemur: tum quantum ſemper in terra verſemur, cui portus ſit profundus, haud obſcurè animaduertimus. Cæterùm templum ipſum, & Pythius, & oraculum, tum ſacrificantes, & pietatis operibus ſeruientes, ij ſunt Delphorum campi, ij prouentus: inde abundantia, inde commeatus nobis abundè & affatim offunditur. Par enim eſt, vt apud vos, quod verum mihi videtur, tacitum non habeam, aut diſsimulanter prætercam: b & quod à poëtis dicitur, citra ſementem, citráque arationem nobis omnia proueniunt, Dei agricolæ opera: qui non ſolùm ea quæ apud alios bona naſcuntur, nobis ampliter & cumulatè exhibet: ſed ſi quid pretioſi aut rari apud Phryges eſt, aut Lydos, aut Perſas, aut Aſſyrios, aut Phœnices, aut Italos, aut apud ipſos deniq; Hyperboreos, omnia certatim ad Delphos perferuntur. Ac nos ſecundo loco poſt Deum ab omnibus mirificè colimur, parataq; rerum copia affluentes felicem vitam agimus. Sed hæc iam olim vobis ignota non

ta non

ςα τὸ μέχρι νῦν, καὶ μὴ παυσαίμεθά γε οὕτω βιοῦντες. μέμνηται δὲ οὐδεὶς πώποτε, ψῆφον ὑπὲρ ἀναθήματος παρ' ἡμῖν ἀναδοθεῖσαν, οὐδὲ κωλυθέντα τινὰ θύειν ἢ ἀνατιθέναι. καὶ διὰ τοῦτ', οἶμαι, καὶ αὐτὸ εἰς ὑπερβολὴν ηὔξηται τὸ ἱερὸν, καὶ ὑπερπλουτεῖ ἐν τοῖς ἀναθήμασι. δεῖ τοίνυν μήδ' ἐν τῷ παρόντι καινοτομεῖν μηδὲν, μηδὲ παρὰ τὰ πάτρια νόμον καθιστάναι, φυλοκρινεῖν τὰ ἀναθήματα, καὶ γενεαλογεῖν τὰ πεμπόμενα, ὅθεν, καὶ ἀφ' ὅτου, καὶ ὁποῖα· δεξαμένους δὲ, ἀπραγμόνως ἀνατιθέναι, ὑπηρετοῦντας ἀμφοῖν, καὶ τῷ θεῷ, καὶ τοῖς εὐσεβέσι. δοκεῖτε δέ μοι, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, ἄ-εισα βουλεύσεσθαι περὶ τῶν παρόντων, εἰ λογίσεσθε πρῶτον,

ta non ſunt. Quod autem ad præſentem deliberationem attinet, danda eſt nobis opera, vt in hoc vitæ ſemel inſtitutæ tuendo propoſito conſtanter perſeueremus. Nullus, vt mea fert opinio, memoria tenet, vllo tempore de quoquam donario apud nos latam eſſe ſententiam, neque quenquam à ſacrificando aut donario dedicando fuiſſe excluſum aut prohibitum: eamq́ ob cauſam opinor delubrum Apollinis tantopere auctum eſſe, in tantum, vt iam ſupra modum abundet muneribus. Oportet itaque neque in præſens quicquam temerè innouare, neque aliquid præter morem patrium conſtituere. Sed nec amoris reſpectu iudicanda ſunt nobis donaria, nec generis ratione ea quæ mittuntur æſtimanda, vndénam, aut à quo, aut cuiuſmodi ſint quæ huc legantur. Suſcepta autem munera nulla curioſitate delubro ſacranda ſunt, ac ambabus manibus per nos inſeruiendum eſt cùm Deo, tum pietatis gratia huc venientibus. Videmini verò mihi, ô viri Delphi, ſuper rebus quas in præſentia deliberationi expenden-

τον, ὑπὲρ ὅσων καὶ ἡλίκων ἐστὶν ἡ σκέψις· πρῶτον μὲν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ ἱεροῦ, καὶ θυσιῶν, καὶ ἀναθημάτων, καὶ ἐθῶν ἀρχαίων, καὶ θεσμῶν παλαιῶν, καὶ δόξης τοῦ μαντείου· ἔπειτα ὑπὲρ τῆς πόλεως ὅλης, καὶ τῶν συμφερόντων τῶν τε κοινῇ ἡμῶν, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ Δελφῶν, ἐπὶ πᾶσι δὲ, τῆς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐκλείας ἢ κακοδοξίας. τοῦτον γὰρ οὐκ οἶδα εἴ τι μεῖζον, εἰ σωφρονεῖτε, ἢ ἀναγκαιότερον ἡγήσησθε ἄν. περὶ μὲν οὖν ὧν βουλευόμεθα, ταῦτά ἐστιν, οὐ Φάλαρις τύραννος εἷς, οὐδὲ ταῦρος οὗτος, οὐδὲ χαλκὸς μόνον, ἀλλὰ πάντες βασιλεῖς, καὶ πάντες δυνάσται, ὅσοι νῦν χρῶνται τῷ ἱερῷ· καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ ὅσα ἄλλα τίμια, πολλὰ πολλάκις ἀνατεθησόμενα τῷ θεῷ. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ κατὰ τὸν θεὸν ἐξετασθῆναι ἄξιον.

das ſubieciſtis, conſultiſſimè facturi, ſi primùm omnium eam cogitationem ſuſceperitis, de qualibúſnam ac quantis rebus conſilium ineatis. Principiò enim ſuper deo ipſo ac templo, tum ſacrificijs atque donarijs, ſuper ritibus ac moribus antiquis, ſimul atque legibus vetuſtis, ac gloria vaticinij: exinde ſuper vniuerſa ciuitate, ac rebus priuatim & publicè omnibus Delphis conducentibus. Præter hæc omnia conſultantes non contemnendum in diſcrimen venietis apud omnes homines, aut fruendæ gloriæ, aut tolerandæ infamiæ. His profectò nihil maius (ſiquidem rationis compotes eſtis) aut perinde neceſſarium eſſe exiſtimabitis. De quibus igitur in præſens conſultamus, hæc ſunt, non equidem ſolùm Phalaris, neque taurus ille, neque æs tantùm, ſed omnes reges ac principes, quotquot nunc templi vtuntur opera. Prætereà aurum, argentum, & quæcunque alia precioſa multa, ac ſæpenumero deo dedicanda ve-

niunt

ἄξιον. τίνος οὖν ἕνεκα, μήδ' ὡς ἀεὶ, μή δ' ὡς πάλαι, τὰ περὶ τῶν ἀναθημάτων ποιήσομεν; ἢ τί μεμφόμενοι τοῖς παλαιοῖς ἔθεσι, καινοτομήσομεν; καὶ ὃ μηδέποτε, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν οἰκοῦμεν, καὶ ὁ Πύθιος χρᾷ, καὶ ὁ τρίπους φθέγγεται, καὶ ἡ ἱέρεια ἐμπνεῖται, γεγένηται ἡμῖν, νῦν καταστησόμεθα, κρίνεσθαι καὶ ἐξετάζεσθαι τοὺς ἀνατιθέντας; καὶ μὴν ἐξ ἐκείνου μὲν τοῦ παλαιοῦ ἔθους, τοῦ ἀνέδην καὶ πᾶσιν ἐξεῖναι, ὁρᾶτε ὅσων ἀγαθῶν ἐμπέπλησται τὸ ἱερὸν ἁπάντων ἀνατιθέντων, καὶ ὑπὲρ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν ἐνίων δωρουμένων τὸν θεόν. εἰ δ' ἡμᾶς αὐτοὺς δοκιμαστὰς καὶ ἐξεταστὰς ἐπιστήσετε τοῖς ἀναθήμασιν, ὀκνῶ μὴ ἀπορήσομεν τῶν δοκιμασθησομένων ἔτι, οὐδενὸς ὑπομένοντος, ὑπόδικον

αὐτὸν

*niunt. Primùm enim iuxta dei conſilium expendere cõuenit. Cuius ergo rei gratia non vt ſemper nobis moris fuit, neque vt iam olim conſueuimus, de dedicandis muneribus faciemus? Aut quid in antiquis conſtitutionibus cenſoria nota reprehendentes, rebus nouis ſtudemus? Et quod nunquam ex quo hanc vrbem incolimus, ac Pythius interrogatus reddidit oracula, & tripos loquitur, & ipſa ſacerdos diuino afflàtur numine, fecimus, nunc faciendum conſtituemus, iudicantes videlicet ac expendentes eos qui huc miſitant munera. Quin potiùs illud apud animum veſtrum cogitatis ex priſco illo more & inſtituto, quo munerum offerendorum facultas intercluſa fuit nemini, quantis bonis templum auctum & cumulatum ſiet, omnibus offerentibus, ac quibuſuis pro ſubſtantiæ ſuæ modulo donarijs deum cumulantibus. Quòdſi nobis ipſi iudicum & cenſorum prouinciam ſumemus miſſorum huc munerum, vereor ne citò eorum qui nobis probandi aut expendendi ſunt, penuria laboremus, nemine ſcilicet ſufferente*

*ſemet.*

αὐτὸν καθιστάναι, καὶ ἀναλίσκοντα καὶ καταδαπανῶντα, παρ' αὐτοῦ κρίνεσθαι, καὶ ὑπὲρ τῶν ὅλων κινδυνεύειν. ἢ τίνι βιωτὸν, εἰ κωλυθήσεται τοῦ ἀνατιθέναι ἀνάξιος.

*ſemetipſum reum obiectare iudicio, & in hoc ipſum impenſas & ſumptus facientem, vt iudicetur, deq́ omnibus in periculum veniat. Aut cui humaniter patiendum exiſtimatis, ſi donariorum dedicandorum libertate indignus eſſe iudicabitur?*

## GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a MONARCHAE pietatem.] *μονάρχης ſeu μόναρχος, pro, tyranno, & μοναρχεῖν, pro, tyrannidem gerere apud Græcos ſæpe dicuntur, vt hic. Nimirum id vocabuli tum eum ſignificat, qui ſolus rerum potitur, idq́; iniuſtè.* b Et quod à poëtis dicitur citra ſementem.] *Quæ autem citra noſtram operam caſu nobis eueniunt, ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Græci. Idē in Paraſito, & in Rhetorum didaſcalo vſus eſt. Natum à fabula inſularum fortunatarum, de quibus Lucianus & Horat. in Odis. Hom. Odyſſ. lib. 9.*

## ΠΕΡΙ ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΑΣ. DE ASTROLOGIA.

D. Eraſmo Roterodamo interprete.

### *ARGVMENTVM.*

ASTrologiæ defenſio quædam eſt, à dignitate videlicet quam ab antiquitate & præſtantia eorum qui illam ab initio coluêre, trahit: & à certitudine, quam ex ſimilibus & ſignis ratiocinatione quadam colligit. Recenſet aūt principiò varias gentes & populos à quibus illa inuenta, tractata ac locupletata fuerit. Deinde & homines,